[27]

# APPENDIX

Ad

Catalogum Plantarum

Circa

*CANTABRIGIAM*

naſcentium:

Continens

ADDENDA

Et

EMENDANDA.

BIBLIOTHECA

*CANTABRIGIÆ:*

Excudebat *Joan. Field*, celeberrimæ Academiæ Typographus.

*Impensis* Gulielmi Morden, *Bibliopolæ.*

*Ann. Dom.* 1663.

pr. 4d. Jun. 14. 1665.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

# Lectori S.

EX quo Catalogum plantarum circa Cantabrigiam nascentium in lucem emisi, alias aliquam multas stirpes in agris oppido ei vicinis sponte provenientes animadverti; quas quoniam jam dilectissimæ nutrici almiæ Academiæ non sponte supremum vale dixerim, & in transmarinas regiones mox discessurus sum, in unum fasciculum collectas Phytologiæ studiosis seorsim exhibendas censui. Seorsim inquam, nam quoad Cantabrigiæ vixi, cùm nova eis quotannis accessio fieret, penes me diu servâsse, nec antea publici juris fecisse decreveram, quàm Catalogum generalem, quem meditabar, plantarum omnium quæ in Anglia & insulis adjacentibus sponte oriuntur penitus absolvere & unà evulgare potuissem. Huic scilicet studio sedulus incubui, & pleràsque omnes etiam remotissimas hujus regni provincias in hunc præcipuè finem obivi & perlustravi. Verùm quoniam opus illud ut debitam perfectionem acquirat, plurium adhuc annorum observationibus indiget, plurimæque subinde emergunt difficul-

*tas, quibus omnibus superandis & expeditandis nescio an totum quod superest vitæ sufficiat, mutatâ sententiâ* Catalogum *ab Appendice separandum judicavi, & nec illius editionem præcipitandam, nec hujus suspendendam. Atque hæc breviter de Addendis. Jam quoniam errata etiam nonnulla in* Catalogo Cantabrigiensium plantarum *deprehendi, quamvis nec adeò gravia sint quin ea sine insigni famæ detrimento supprimere & dissimulare potuissem, nec adeò obvia & manifesta, ut à quovis facilè detegi mihique exprobrari possint, nè tamen pudor meus studiosæ juventuti fraudi foret, impetravi à me ipse ea ingenuè aperire & veritati potiùs aliorúmque commodis quàm existimationi propriæ inservire.*

Addenda.

ALcea vulgaris *J.B. Dod. Ad. Lob. Clus. hist.* vulgaris major *C.B.* vulgaris sive Malva verbenacea *Park.* Malva verbenacea *Ger. Vervain mallow. In Kingston wood.*

Alsine aquatica surrectior *J.B.* forte, Plantula Portulacæ aquaticæ affines. *Small upright water Chickweed, called by some Blinkes. On the boggy grounds about Gamlingay. This is very frequent in many other places of England, in watery grounds, and bogs, especially where the ground is sandy.*

Alsine hirsuta altera viscosa *C. B.* Spuria 4 *Dod. The broader leaved Mouse-ear-Chickweed.* Hæc omnino distincta est ab Alsine arvensi hirsuta magno flore *C. B.* Nimirum *florem* habet minorem, evanidum; *folia* breviora, latiora, pallidiora; caules magis erectos quam Alsine myosoris hirsuta *Ad.* Quinetiam tota planta [ caules, folia, flores ] in siccioribus viscosa est. *This flowers before the other.*

Alsine fontana credita flosculorum foliolis non divisis. An Alsine fontana *Ger.* aquatica media *C. B. Fountain-chickweed.* Ramulos habet tenues, infirmos, humi procumbentes; folia pallidè virentia, acutiora quàm Alsine media; Flosculorum foliola non ut in illa ad unguem usque fissa, sed integra & in acutum desinentia. *Found in many places but especially about Balsham. There is no reason why this should be called Fountain-chickweed: we never found it growing in the water.* Floret circa initium Aprilis & deinceps.

Aparine semine læviore. *Cleavers or Goose-grass with smoother seed.* Hæc ( quod sciam ) nondum descripta est. Inter segetes passim.

Auricula leporis minima *J.B* An Bupleurum minimum *Col. Park.* An Bupleurum angustissimo folio *C. B. The smallest Hares-ear, By the way-side as you ride to S. Neots beyond*

beyond Elles-ly. This I have found in sundry other places in England, viz. on the road to Stilton a little beyond Huntington. At Maldon in Essex, about and in the yard where they use to build vessels, near Fullbridge, and upon the banks by the channel side there. Confer cum descriptione J. Bauhini.

C

CAlamintha flore minore, odore pulegii *J. B.* odore pulegii *Ger.* altera odore pulegii foliis maculosis *Park.* pulegii odore sive Nepeta *C. B. Field Calamint.* Hanc plantam in Catalogo habui pro Calamintha vulgari: Calamintha tamen quam modo vulgarem puto circa Chestertonum & alibi sponte provenit.

Cardui polyacanthi prima species *Ger. emac.* Aculeosa Gazæ *Ad.* Polyacantha *Tab.* ex sententia Johnsoni. *Thistle upon Thistle.*

Cardui polyacanthi secunda species *Ger. emac.* Sylvestris 3 *Dod.* Polyacantha *Lob.* Carduus spinosissimus capitulis minoribus *P. B. Welted Thistle with small flowers.* Horum descriptiones quære inter nomina cap. 490. l. 2. *Ger. emac. The first of these grows commonly on ditch sides and among bushes. The second plentifully on the banks of the river Cam toward the isle of Ely and elsewhere.*

Caryophyllata vulgaris flore majore *C. B. Common Avens with a large flower. This was found in the fields somewhere about the Town, and brought into our gardens: I do not remember the place.*

Catanance leguminosa quorundam *J. B.* Ervum sylvestre *Ger. Dod.* Sylvestre sive Catanance *Park.* Lathyrus V. sive sylvestris minor *C. B. Crimson grass Vetch. Found by Mr Dent about Hadnam in the isle of Ely.*

Chamædrys spuria foliis pediculis oblongis insidentibus. *Wild Germander with leaves standing on long footstalks. This plant (as I am informed from Mr Goodyer)*

is

*is figured and described by* Fabius Columna *p.* 288. *under the title of* Alysson montanum.

D

DRyopteris Tragi *Ger. emac.* Filix quorna *C. B.* pumila saxatilis prima *Clus.* pumila saxatilis prima Clusii *Park.* ramosa minor *J. B. The lesser branched or female Fern. Observed by Mr Dent on Kings-Colledge walls.*

F

FErrum equinum Germanicum siliquis in summitate *C. B.* equinum comosum *Park.* Ornithopodio affinis vel potiùs Soleæ aut Ferro equino herba *J. B. Bush-headed Horse-shoe-vetch. On Gogmagog hills, and on the drier part of Hinton moor and on Newmarket heath,* &c.

G

GNaphalium Anglicum *Ger.* Anglicum vulgare majus *Park.* majus angusto oblongo folio alterum *C. B.* rectum *J. B. Great English Cudweed. In the pastures about Gamlingay.*

Gramen cyperoides spicâ pendulâ longiore *Park.* cyperoides spicâ pendulâ longiore & angustiore *C. B. J. B.* Pseudocyperus *Ger. Bastard Cyperus-grass with long pendulous heads. In the great ditch at the end of the little Thicket adjoyning to Teversham moor, and in other great ditches.*

Gramen cyperoides angustifolium paniculâ multiplici. *Narrow-leaved Cyperus-grass with many heads. On the banks of many ditches. I cannot find any figure or description of this. The panicles or heads grow* è foliorum sinubus *one above another on the stalk, every head having a long leaf under it.*

H

HElleboraster maximus *Ger.* maximus sive Consiligo *Park.* Helleborus niger foetidus *C. B.* Enneaphyllon Plinii *lib.* 27, *c.* 9. *Great bastard Hellebore or*

*Bears-foot. At Cherry-hinton, in the hedges of a close near to the moor.*

Hepatica ſtellata *Ger.* Lichen ſive Hepatica minor ſtellaris *Park.* Lichen petræus ſtellatus *C.B. Star headed Liverwort. On the north ſide of Peterhouſe chappel abundantly, obſerved by Mr Dent.*

Hepatica umbellata *Ger.* Lichen ſive Hepatica minor umbellata *Park.* Lichen petræus umbellatus *C. B. Small ground Liverwort with round heads. On the moors.*

Hieracium montanum caule aphyllo non ramoſo flore pallidiore. An Hieracium montanum hirſutum minus *C.B? Mountain Hawk-weed with a pale flower. On Gogmagog hills and Newmarket heath. The flower of this plant doth much reſemble the flower of Mouſe-ear. The leaf (as far as I remember) is not laciniated, but in ſome waved a little.*

Hypericum majus ſive Androſæmum Matthioli *Park.* Hypericum Androſæmum dictum *J. B.* Androſæmum Hypericoides *Ger.* alterum foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides *C. B. Tuſan. & Johns wort.* In dumetis & ſepibus paſſim.

## L

Lonchitis aſpera *Dod. Ger.* minor *C.B.* aſpera minor *Park. Matth. Cam. Lugd.* altera folio Polypodii *J.B. Rough Spleen-wort. About Gamlingay.*

## M

Muſcus filicinus *Ger. J. B. Park.* filicinus major *C.B. Fern-moſs. In Kingſton and Everſden woods, and the woods about Balſham.*

Muſcus triangularis aquaticus. *Triangular water-moſs.* Valde affinis eſt hic muſcus terreſtri denticulato Lobelii. *In the river beyond Stretham ferry. I found it ſince in a well in Carnarvon-ſhire in Wales, called Gods well, but always immerſed in the water. I took it once to be the* Fontalis minor lucens *J. B. but he doth not mention*

*mention the leaves of that to be so dispos'd all along the stalk as to make it appear triangular.*

O

ORchis sive Testiculus Sphegodes hirsuto flore *J. B.* An Orchis fucum referens colore rubiginoso *C. Bt* Quid sibi velint Gerardus & Parkinsonus nostrates in Orchidum historia non satis perspicio: puto tamen Parkinsonum hanc intellegere per Orchidem suam Sphegodem alteram, sed eam perperam describit (alis sc. purpurascentibus cùm hujus ex luteo virescant) Fortè Gerardo Testiculus vulpinus major Sphegodes. *The green-winged Humble-bee Orchis.* Floret circa finem Aprilis & initium Maii, unà cum orchide morione fœmina. *In an old gravel-pit near Shelford by the foot way from Trumpington to the church we found hundreds of them.*

Orchis pusilla odorata *Park.* parva autumnalis lutea *J. B.* odorata moschata sive Monorchis *C. B. The sweet yellow musk Orchis. In the chalk-pit close at Cherry-hinton.*

P

PEplus sive Esula rotunda *J. B. C. B. Ger.* Esula rotunda sive Peplos *Park. Petty Spurge.* Secus vias & in horrorum marginibus.

Phyllitis *Ger. Dod. ut.* Phyllitis sive Lingua cervina vulgi *J. B.* Lingua cervina officinarum *C. B.* Phyllitis sive Lingua cervina vulgaris *Park. Harts-tongue. On the walls of Cherry-hinton church and elsewhere.*

Pilosella filiquata major & minor *Thal.* Bursa pastoria sive Pilosella filiquosa *J. B.* Bursæ pastoris similis filiquosa major & minor *C. B.* Paronychia major & Paronychia altera minor *Park.* Hæc duo sc. existimat Jo. Bauhinus non specie differre, sed statura & magnitudine tantùm. *Codded Mouse-ear. In some closes on the north side of Gamlingay.*

Plantaginella palustris *C. B.* Plantago aquatica minima

ma Clus. aquatica minima Clusii *Park. The smallest water Plantain.* Secus vias ubi per hyemem aquæ stagnârunt. Aut hæc eadem est Plantagini aquaticæ minimæ Clusii, aut ei valdè affinis: in omnibus non respondet ejus descriptioni.

Pulmonaria Gallica sive aurea latifolia *Ger.* Hieracium murorum folio pilosissimo *C. B.* Hieracium murorum Bauhini quod est Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* Pilosella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B. French or golden Lung-wort. About Gamlingay.*

Q. R.

RAnunculus hirsutus arvensis flore minimo. *Field Crowfoot with a small flower.* An hæc planta jam ante ab aliis edita & descripta sit, mihi compertum non est, nec ad manum sunt autores quos consulam. *Folia* hirsuta pallidè virent, Flores lutei sunt, omnium quos ego in Ranunculis observavi minimi. Planta ipsa, quantùm memini, non erigitur, sed denso velut cespite terram operit.

Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirsutus *J. B.* apud quem plena habetur & accurata descriptio. *Upright pale-leaved sweet Crowfoot.* In locis humidis & lutosis, præcipuè ubi per hyemem aquæ stagnârunt.

Ranunculus rectus, non repens flore simplici luteo *J. B.* Ranunculus surrectis cauliculis *Ger.* pratensis erectus acris an dulcis *C. B?* pratensis erectus acris vulgaris an dulcis *Park? Upright Field Crowfoot.* An his acris sit, an dulcis mihi non certò constat si bene memini quem mihi gustare contigit dulcis fuit. Attendatur descriptio Jo. Bauhini. In pratis.

Rubia cynonchica *J. B.* VI sive cynanchica *C. B.* Synanchica Lugd. p. 1125 *Ger. Squinancy-wort, On Gogmagog hills and Newmarket heath.*

Ruscus *J. B. C. B. Park. Ad. Lob.* Ruscus sive Bruscus

*Ger.*

Ger. Myrtacantha, murina ſpina *Lob. ic.* Oxymyrſine *Ang. Butchers broom. About Angleſey-abbey.* Radix hujus plantæ eſt è numero quinque illarum aperientium famoſarum. Reliquæ ſunt *Apii, Aſparagi, Fœniculi, Petroſelini.*

S

Scabioſa vulgaris flore pleno. *Double flowered Scabious.* In hujus flore foliola fiſtuloſa quæ per ambitum non ampliora ſunt quàm interiora, ut in vulgari Scabioſa; ſed æqualia perinde ac in ſucciſa. Caret inſuper Staminulis illis capitatis quæ in vulgari cernuntur. *In many cloſes about Teverſham and elſewhere together with the common ſort.*

Selinum Sii foliis *Ger. Park. Honewort. On many ditchbanks about Cambridge.* Hæc planta affinis eſt Amomo Germanico dicto, & omnino paſtinacis accenſeri debet, quibuſcum & odore & ſapore & externa ſpecie convenit.

Surpylli vulgaris primum genus *J. B. The other common Mother Thyme. In many places together with the common ſort.* Conſule J. Bauhinum de Serpyllo vulgari, qui exactè notat differentias inter has duas ſpecies.

T

Trifolium pumilum ſupinum floſculis longis albis nondum deſcriptum *P. B. Dwarf Trefoil with long white flowers. At Gamlingay by the lanes-ſide as you go up from the Town to the Windmils.*

V

Virga aurea *Ger. Matth. Dod. ict.* aurea vulgaris *Park.* aurea vulgaris latifolia *J. B.* aurea IV. five anguſtifolia minùs ſerrata *C. B. Golden Rod. In ſome paſtures about Gamlingay.*

# Emendanda, in quibus quædam mutanda & supplenda.

A

Abrotanum campestre & Abrotanum inodorum ] *Si placet expungantur ambo. I believe neither of them is to be found on Newmarket heath, at least that part of it which is in Cambridge-shire.*

Allium sylvestre ] *Huic adde Synon:* Allium campestre junci-folium capitatum majus *C.B.*

Anagallis aquatica I. & Anagallis aquatica III *C.B.*] *Et hæc pariter expungantur. Ego (si hæc differentias apud nos unquam potui observare. D. Nid ex conjectura & præsumptione Catalogo inserui, quoniam Botanici vulgò & præcipuè Jo. Bauhinus passim & promiscuè quatuor varietates hîc recensitas crescere affirmat.*

B

Blitum album minus ] *I now think the plant we found in Kingston wood to be the same with the common red Blite, and that it differed in colour by reason of the shadiness of the place where it grew.*

Bursa pastoris minor ] *Hæc planta non videtur specie differre à Nasturtio Alpino petræo.* Certè Jo. Bauhinus *Nasturtium petræum Tab. hujus synonymum facit. Verùm nihil temerè pronuncio.*

C

Carduus lanceatus angustifolius ] *facessat: nec enim puto apud nos in hoc genere observabile esse ullum discrimen.*

Carduus nutans ] An Carduus spinosissimus latifolius Sphærocephalus vulgaris *C.B?* Intelligo jam hunc censeri Carduum moschatum *Ger.* Nec tamen moschi odor in floribus mihi unquam perceptus, neque florum color pallidè purpureus est sed saturatior, nec tandem figura ipsa respondet.

E

Echium alterum ] Fateor me nondum percipere specificum aliquod discrimen inter Echium vulgare, & illud quod apud nos in muris passim provenit. Alii strictius examinent.

G

Geranium malacoides sive columbinum minus ] *Mihi non satis constat an plantula quam hic intelligimus omnino eadem sit specie* Geranio columbino minori *C.B.*

Gramen alopecuroides minus spicâ asperâ brevi] Hoc Botanici Londinenses Gramen cristatum nuncupant, nec ego abnuerim.

Gramen caninum ] Hoc idem est quod Jo. Bauhinus describit sub titulo allato: ideóque retractanda sunt quæ hic annotavi, nec enim ipse paniculam observaveram ante quam Catalogum edidi: sed aliis temerè credidi.

Gramen hirsutum majus ] Suspicor jam Gramen hoc non differre specificè à Gramine exili hirsuto, sed magnitudine tantùm aliisque accidentibus, ratione loci in quo crescit.

M

Mollugo montana sive Gallium ] *Hæc duo synonima* Rubia sylvatica altera *Gesn.* & Matrisylva a *Trag.* huc non pertinent sed ad Molluginem Dodonæi primam, quæ rotundam habet caulem & erecta est.

Nondum mihi planè compertum est, quò referenda sit hæc planta quæ passim in sepibus crescit, an ad Molluginem, quo hic retulimus, an ad Rubiam sylvestrem. Non dubito quin eadem hæc sit quam Jo. Bauhinus descripsit sub titulo *Rubia angulosa aspera*, quin & Botanici Londinenses *Rubiam sylvestrem* eam nominant. Mihi verisimile est sub utroque titulo eandem plantam describi. Dubitat scil.

ſcil. Jo. Bauhinus an Rubiæ ſuæ angulosæ reſpondeat Mollugo *Cluſ.* necne. Jam vero Mollugo *Cluſii* eadem eſt Mollugini primæ *Dod.* Molluginí montanæ *Ger.* Molluginí vulgatiori *Park.* Nam figura ubique eadem; atque tum figura tum deſcriptio huic plantæ conveniunt: at Rubiæ ſylveſtris apud *Ger. & Park.* deſcriptiuncula non item.

C. Bauhinus malè applicat Molluginem *Cluſ.* & Molluginem montanam *Ger.* Molluginí ſuæ primæ ſeu montanæ ramoſæ latifoliæ; cùm hæc ſynonyma ad ſecundam ſpectant non minùs quàm Mollugo prima *Dod.*

O

ORiganum vulgare ] *The plant that grows in Bowyers cloſe at Cherry-hinton is not this, but* Clinopodium vulgare. *We miſtook it when it was young.*

P

POlygalon Cortuſi ] Pro hoc ſubſtitue, Ferrum equinum Germanicum ſiliquis in ſummitate *C. B.* cujus ſynonyma quære in Addendis.

R

RAnunculus hederaceus rivulorum, &c. ] Plantæ hujus flores albi ſunt, non lutei prout conjectabamur; & in aquoſis paſſim oritur: proinde ſynonyma allegata ei non reſpondent, niſi fortè in transmarinis floris colore varíet.

S

SAxifraga Anglica Occidentalium ] loco Saxifragæ Anglicæ alſinefoliæ *Ger. emac.* ſubſtitue Synanchica Lugd. p. 1125 *Ger. emac.* & adde ſynonyma Rubia cynanchica *J. B.* VI, ſive cynanchica *C. B.*

Saxifraga graminea puſilla ] *I finde upon comparing that this is the ſame plant deſcribed by Johnſon upon Gerard under the name of* Saxifraga Anglicana alſinefolia *& Pearlwort.*

## Emendanda.

T

Tithymalus helioscopius ] Hujus altera species quam folio non crenato & minorem dix mus eadem est cum Peplo sive Esula rotunda Herbariorum; quam vide in appendice priore.

V

Vicia parva sive Cracca minor cum siliquis plurimis hirsutis ] deleatur, Bis enim ponitur, superiùs sub Araco.

FINIS.